

sic agere poenitentiam, ut superius diximus, in primo anno eroget in elemosynam solidos XXVI, in secundo anno XX, in tertio solidos XVIII, id sunt solidi LXIV. Potentes homines pro culpis criminalibus faciant, ut Zacheus ait 'Domine, omnium bonorum meorum dimidium do pauperibus, et si aliquid iniuste abstuli, in quadruplum restituo'. Et de mancipiis suis aliquos dimittat liberos et captivos redimat, et a quo die desinit peccare, non desinat communicare. Sicut apostolus dixit 'Qui per corpus peccat, per corpus emendet', hoc est in ieiuniis, in vigiliis et orationibus ad dominum.

sic agere poenitentiam, ut superius diximus, in primo anno eroget in elemosynam solidos XXVI, in secundo XX, in tertio XVIII, hoc sunt solidos LXIV. Potentes homines faciant pro culpis suis, quod Zachaeus fecit: ait enim ad Iesum 'Domine, omnium bonorum meorum dimidium do pauperibus, et si aliquid iniuste abstuli, in quadruplum restituo'. Et de mancipiis suis aliquos dimittat liberos et captivos redimat et in se peccantibus ex corde dimittat. Et qui illicita commisit, etiam a licitis se abstinere debent et corpus affligat ieiuniis, vigiliis et crebris orationibus: caro enim laeta nos ad culpam trahit, afflicta reducit ad veniam.

sic agere poenitentiam, ut superius diximus, faciat sic. Si tres annos continuos ieiunare debet et ieiunare non potest, sic redimere potest. Primo anno eroget solidos viginti (sex) in elemosynam, secundo anno eroget solidos viginti et tertio anno octodecim solidos, hoc est solidos sexaginta quatuor. Potentes autem homines plus dare debent, quia, cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Qui illicita committunt, etiam a licitis abstinere debent et corpus debent affligere ieiuniis, vigiliis et crebris orationibus: caro enim laeta trahit ad culpam, afflicta autem reducit ad veniam.

Cap. 11, Z. 4¹ nach 'episcopo': 'civitatis' add. Reg. — (Z. 4 nach 'induti': 'nudis pedibus' add. Reg., Burch.) —

gegeben ist, stammt aus der gemeinsamen Quelle Ps.-Beda, was antiqua, ist diesem gegenüber selbständig, was in gesperrter aufrechter Schrift, rührt wiederum aus gemeinsamer — unbekannter — Quelle her. 1) Die Zeilenzahlen beziehen sich auf den Text der einzelnen Capitel Pseudo-Theodors ausschliesslich der Rubrik; die Zeilen der Capitel sind nach Migne's Abdruck fortlaufend durchgezählt. Die sich aus Burchard ergebenden Berichtigungen des pseudotheodorischen Textes (vgl. unten S. 343 ff.) waren schon hier zu berücksichtigen.